

[halikhōt tsitsit] sive dissertatio philologico-theologica de hebræorum vestibus fimbriatis ... / quam ... præside ... Matthæo Hillero ... sistit autor M. Georgius Bartholomaeus Bausch.

Contributors

Bausch, Georgius Bartholomaeus.
Hiller, Mattheus, 1646-1725.

Publication/Creation

Tübingen : J.C. Reisius, 1701.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/azd9a9hj>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

הַלִּיכוֹת עִזְצִית

sive

Dissertatio Philologico-Theologica
DE

HEBRÆORUM
VESTIBUS FIMBRIATIS

Quam

Occasione Loci Numer. XV. 37. seqq.

BENIGNO VENBRANDI THEOLOGORUM ORDINIS
INDULTU,

P R A E S I D E

Pro Excellentissimo, Amplissimo atque Spectabili

D N. MATTHÆO HILLERO,
SS. Theol. Extraordin. Græcæq; & Oriental. Lingg.

Profess. Publ. ordinario.

Fautore & Praeceptore omni honoris cultu prosequendo,

Plecidio Eruditorum examini sistit

A U T O R

M. GEORGIVS BARTHOLOMÆUS Bausch/ Ulmanus.

Ad d. 26. Augusti h.rr. ante 8 pomerid. Anno M D CCI.

IN AULA THEOLOGORUM NOVA.

TUBINGA,

Ex Officina JOHANN. CONRADI REISI.

DEO
PATRIÆ
PARENTI
ET
AMICIS.

58700 (3)



בְּהֵנוֹ אֶ

Textus Originalis Hebræus.

Numer. XV. 37, 38, 39, 40, 41.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים לֵאמֹר דָּבַר אֱלֹהִים בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאֶמְرָתָם אֱלֹהִים וְעֹשֶׂוּ לְהַمָּצָא צִיּוֹת עַל-פָּנֶיךָ בְּגָדֵיכֶם לְרוֹתָם וְנַחֲנוּ עַל-צִיּוֹת הַפָּנֶגֶשׁ פָּתִיל תְּכִלָּתְךָ וְהִיא לְכֶם לְצִיּוֹת וְרָאִיתֶם אֶתְךָ וְזָכְרִיתֶם אֶת-כָּל-מִצּוֹת יְהוָה וְעַשְׂתִּיתֶם אֶתְכֶם וְלֹא-תַחֲתוּ אֶתְרַבְּנָנֶם וְאֶתְרַבְּנָנֶם עַיִנֵּיכֶם אֲשֶׁר-אַתֶּם זְנִים אֶתְרַבְּנָנֶם לְמַעַן תַּזְפְּרוּ וְעַשְׂתִּיתֶם אֶת-כָּל-מִצּוֹתֵי וְהִיְתֶם קָדְשִׁים לְאֱלֹהִיכֶם אָנָי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם אֲשֶׁר הָזְאתִי אֶתְכֶם מִארֶץ מִצְרָיִם לְהִיוֹת לְכֶם לְאֱלֹהִים אָנָי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם:

Chaldaica Onkelosi Paraphrasis.

ו אמר יי' למשה למימר מליל עם בני ישראל ו תימר להון ו יעבדון להון ברוספדיין על-כנפי כסותהון לדריהון ו יתנוון על-ברוספרא דכנפה חוטא דתכלחה: ו יהונ לבון לברוספדיין ו תחxon יתיה ותדכרון ית-כל-פקודיא דיי וチュבדון יתהון ולא-חטען בתר-הרהור לבון ובתר-הייזו עיניכון דיי-אתון טען בתריהון: בديل דתדכרון וチュבדון ית-כל-פקודיא ותהון קדישין קדם אלהבון: אנא יי' אלהבון דיאפקית יתכון מארעה דמצרים למהוי לבון לאלה אנה יי' אלהבון:

LXX. Interppr. Versio.

Καὶ εἶπε κύριος οὐτὸς Μωυσῆν, λέγων, λάλησον τοῖς ψόφοις Ἰσραὴλ, καὶ
ἔργοις τοῦτος αὐτῶν, καὶ ποιησάτωσαν ἐκυρώσας κρήτους δέοντας ὅπερι τὰ
ἰματίων αὐτῶν εἰς τὰς γῆνεας αὐτῶν· καὶ ὅπερι θύμοντες ὅπερι τὰ κρείττων τῶν

περιγίαν πλῶσμα ὑσπειρον. Καὶ ἔστιν ὑμῖν ὃν τοῖς κραιπάδοις, καὶ ὁ φερε
εἰποῦ, καὶ μηδέποτε πασῶν τῶν ἐπολῶν κυρία, καὶ ποιήσετε αὐτάς· καὶ
ἢ Διόσερι Φίσεθε ὅπισω τῶν Διέρνοιῶν ὑμῶν, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὃς ὁις ὑ-
ρεῖς ἐκπεριένετε ὅπισω αὐτῶν. Οἶπας ἂν μηδέποτε καὶ ποιήσετε πάσας τὰς
ἐπολάς μας, καὶ ἔσεθε αἴγιοι τῷ Θεῷ ὑμῶν. Ἔγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὁ
ἔξαγαγὼν ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἴγυπτος, ἵνα ὑμῶν Θεός· ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.

B. Lutheri versio.

Und der Herr sprach zu Mose: Rede mit den Kindern Israels/ und sprich zu ihnen/ daß sie ihnen Läplin machen an den Hittigen ihrer Kleider/ unter allen euren Nachkommen/ und gele Schnürlein auff die Läplin an die Hittich thun. Und sollen euch die Läplin darzu dienen/ daß ihr sie ansehet/ und gedenket aller Gebott des Herrn/ und thut sie/ daß ihr nicht euers Herzens Düncken nach richtet/ noch euren Augen nach huret. Darumb sollt ihr gedenken/ und thun alle meine Gebott/ und heilig seyn euerm Gott. Ich der Herr euer Gott/ der euch aus Egyptenland geführet/ daß ich euer Gott wäre/ Ich der Herr euer Gott.

Junio-Tremelliana.

Item alloquutus est Jehova Moschen, dicendo: Allo-
quere filios Israelis, & edic eis, ut faciant sibi penicula-
mentum in oris vestimentorum suorum per generationes
suas; & adhibeant peniculamento ipsius oræ filum hyacin-
thinum. Erit autem vobis peniculamentum, ut videntes
illud recordemini omnium mandatorum Jehovah, & facia-
tis ea; ac non attenta observatione sequamini animum
vestrum & oculos vestros, quæ vos sequentes scortamini.
Ut, inquam, recordemini, & faciatis omnia mandata mea;
& sitis sancti DEO vestro. Ego Jehovah Deus vester, qui edu-
xi vos è terra Ægypti, ut sim vobis Deus, sum Jehovah Deus
vester.

Bel-

Belgica versio.

Ende de HEERE sprack tot Mose/ seggende : Spreeckt tot de kinderen Israels / ende seght tot hen/ dat sy sich snoerkens maken aen de hoecken harer Kleederen/ by hare geslachten; ende op de snoerkens des hoeks sullen sy een hemels blaeuwen draet setten ; Ende hy sal u lieden aen de snoerkens zyn/ op dat ghy het aen siet/ ende aen alle de geboden des HEEREN gedencft/ ende die doet: ende ghy en sulc na u herte/ ende na uwe oogen niet sporen / die ghy zyt na hoerrerende. Op dat ghy gedencft ende doet alle myne geboden/ ende uwe Gode heyligh zyt. Ick ben de HEERE uwe Godt/ die u uit Egyptenlant uytgevoert hebbe/ om u tot eenen Godt te zyn; Ick ben de HEERE uwe Godt.

Locus PARALLELUS, Denter. Cap. XXII. v. 12. ita habet:

גְּדִילִים חָעֵשָׂה - לְךָ עַל - אֶרְבָּעָן כְּנֻפֹתָן כְּסֻותָן אֲשֶׁר תְּכַסֵּה יְבָה :
i.e. *Institas filamenta facito tibi; in quatnor oris tegumenti, quo tegis te-*

SECTIO I.

sistens

Argumentum & Dispositionem textus.



Radita hic est Ceremonia circa vestes Israelitarum,
quæ præceptorum Dei memoriam refricaret.

PARTITIO I. insinuat^r Legislator DOMINUS
Israelitarum ex foedore Dens. xl. 41.
אנָה יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם ego Dominus Deus vester.

II. Minister Legis Mose, divino alloquio dignatus; וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים לְמֹשֶׁה לֵאמֹר. *allo-
quintus est Dominus Mosen, dicendo:*

III. *Legis Subiectum*, Israelite. v. 38. דבר אל־בנֵי יִשְׂרָאֵל allocare filios Israel.

IV. Materia: Fimbriis à limbo vestium pendentibus addita hyacinthina fila; eod. אמרת אליהם ועשו להם ציצת על-כנפי בגדיהם. אמרת לדרתם ונתנו על-ציצת הכנף פתיל תכלת sibi peniculamentum in oris vestimentorum suorum, adhibeant peniculamento ipsius orae suum hyacinthinum.

V. Duratio in aetates posteras; v. s. cod. זֶרְתָּם in generationes vestras. A 3 VI.

VI. *Finis triplex* (α) ut præceptum de fimbriis vestium sit legum Mosaicarum memoriale. ¶ 39. וְרִאֵתֶם אֶת־כָל־מִצּוֹת. ut *eis videndis omnium Domini præceptorum recordemini, eaque faciat.* (β) ut sit eorum, quæ vel prava cogitatio vel oculorum concupiscentia suggesterit, quoddam quasi sufflamen. vers. eod. וְלֹא־תַחֲרוּ אַחֲרֵי לְבָבְנֵיכֶם וְאַחֲרֵי עֵינֵיכֶם אֲשֶׁר־אַתֶם זְנִים ne speculantes sequamini mentem vestram, aut oculos vestros, ad quorū libidinem meretricemini. (γ) qui primarius finis est, *Sanctificatio.* ¶ 40. וְלֹעֲזֹן חִזְכָרְךָ וְעֵשֵׂיתֶם אֶת־כָל־מִצּוֹת וְהִיְתֶם קָדוֹשִׁים ut omnium præceptorum meorum memores iis pareatis, Deoque vestro sancti sitis.

VII. *Obsequii instrumentum*, DEI majestas & benignitas; ¶ 41. אָנָי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם אֲשֶׁר הָזָאת אֶתְכֶם וּמְאָרֶץ מִצְרָיִם לְהִיּוֹת Ego Deus vester, qui eduxi vos è terra Ægypti, ut sim vobis Deus, sum (ego) Deus vester.

SECTIO II. EXEGETICA.

*f. 37. [וַיֹּאמֶר] *Tum loquuntus est.* Docuit nos Christianus Noldius in Concordant. 73. significata habere particulam Vav, quæ pro ratione contextus locum in Scripturis divinis habeant. In his etiam est significatio adverbii *Tum vel Tunc*, quod, nostro quidem judicio, apte ad initium textus nostri convenit. Præcessit enim historia supplicii, quod de eo sumtum, qui lignando Sabbathum violaverat. *Loquuntus est*, nempe ut solebat, ore ad os, i. e. familiariter, in tentorio conventus, quod à Tabernaculo, publicis destinato sacris, distinctum fuisse post alios docuit Herm. Witsius, Miscell. sacr. Lib. II. Dissertat. I. vid. Exod. XXXIII. 7.

[יְהוָה] *i. e. Ille, qui est, qui fuit, & qui futurus est.* Græci omnium optimè extulerunt per Κύριος, quod & ipsum est à κύρω existendi verbo. Neque enim placuit nihil sonaturam in patro sermone vocem græco sermo ni intexere. In quo quidem sequi eos animadvertisimus divinos Scriptores, Ezram & Danielem, qui licet proxima sit Hebraicæ Chaldaicæque linguæ cognatio, nunquam tamen Tetragrammaton vel in textum Chaldaicum recepero, vel ad ejus analogiam domesticam vocem confinxerunt. Ille igitur ab incomprehensa aeternitate dictus Deus, ad finem sectionis hujus, Israelitarum Deum sese quatuor continuis vicibus appellat, eaque loquendi formula & fœdus cum populo initum reficit, & causas ei gravissimas ostendit, propter quas ad obsequium ejus obstringeretur.

מֶשֶׁת) ad Mosen, Dei servum, quo internuncio Dens ad populum utebatur. Videtur **מֶשֶׁת** Prophetæ vocabulum habere formam Particip. præsentis, quod Benoni vocitant Hebrai; sed multum fallitur, qui ita senserit. In hac enim forma sonuerit *Eum, qui extrahit* non, quod textus innuit, *enim qui extractus est*; Itaque deductum esse statuimus à Participio Pual, effictumque ad formam **צְרָה** *ventilatus*, Jela. XXX. 24. Cholem est loco dagesch fortis pro **מַשֵּׁה** quod factum observamus in verbo **הַמְצֻבָּה** *amotus fuit* II. Sam. XX. 13. & nomine proprio **הַמְצֻבָּה** *Ha'mezobaja* 1. Paral. XI. ult.

לֹאמֶר] Dictio hæc, ubi vel congenerum vel cognati sensus verbum præcesserit, id notat, quod latinè dicimus, in hæc verba, hujusmodi verbis. Itaque allocutus est Dominus Mosen hujusmodi verbis. Ex quo intelligitur, non saltem imaginem rerum, quæ loquerentur, animis Prophetatum indidisse Deum, sed ipsa etiam verba inspirasse, quibus voluntatem suam explanarent. Porro ipsum **לֹאמֶר** *dagesch in litera initiali* **ל** *habet*, quia ex singulari privilegio cum prævia voce per accentum servum — copulatur, quamvis cum ista per syntacticas regulas non cohæreat.

דָּבָר אֶל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמְרָת אֱלֹהִים] *Alloquere filios Israelis*, v. 38. **וְdic illis** **וְ**c. Castalio: *Admone Israelitas, ut in posterum fimbrias in vestimentis suis faciant.* Quadrat ista versio ad mentem celebris R. Don Isaac Abarbenelis, qui Comment. in h. l. existimat, jam in Ægypto vel in Mara hoc præceptum accepisse Israelitas, quod statim infra in Quæstionibus refutabitur. Cæterum duo isthæc verba **דָּבָר** **וְ** **אָמְר** notionibus suis differre monent Scripturarum SS. Interpretes. R. D. Kimchi **אָמְר**, inquit, *semper alteri jungitur, sed* **דָּבָר** *est absque conjunctione ad alterum*, quia locutio significat loquendi facultatem, quæ est in homine ex sua origine, absque alio respectu. Nam dicas: homo loquitur, at non item: homo dicit, nisi adjungas alteri. Johannes Coccejus ait, **דָּבָר** *notare actionem mentis formantis ideam rei, וְ* *per sermonem declarantis sua rationem:* **אָמְר** *vero significare conceptionem sententiæ affirmantis aut negantis, vel animo, vel lingua ac voce, vel scripto aliquo signo.* Nos merito de utriusque sententiæ veritate ambigimus, præsertim Kimchianæ. Quum enim Deus diceret: Fiat lux! & vocaret ea, quæ non fuere, non fuit, quicum loqueretur Deus: quin utrumque verbum promiscuè usurpatum de idea mentis & noemate per sermonem nondum declarato, Eccles. II. 15. **וְאָמְרָתִי** & dixi in corde meo: idem evenit sapienti & stulto: quare igitur sapui amplius? & locutus sum in corde meo: **וְדָבָרָתִי** quod hoc etiam esset vanitas. Videatur etiam Proverb.

XXIII. 3. Psalm. IV. 5. X. 6. XXVII. 8. Gen. XXVII. 4. Exod. IV. 16. Deut. VIII. Hose. VII. 2. Nobis igitur verbum **דבר** & **אמר** hoc interesse videtur, quod proximè dicendis præmititur, non item. Judic. XII. 6. **וַיֹּאמֶר לְאָמֶר-נָא שְׁבָלָת וְאָמֶר סְכָלָת וְלֹא יִכְןֵן לְדָבָר כֵּן** dixeruntque ei, dic, age, Schibboleth, ille autem dicebat; Sibboleth, neque comparare se potuit, ut loqueretur recte. Sic in textu nostro præsenti. Allocutus est Dominus Mosen, dicendo; alloquere filios Israelis. Innumera alia sunt loca, quæ hanc expositionem confirmant. Placet tamen ad eorum cumulum duo adhuc subjicere, quæ ab aliis aliter versa nostram sententiam solicitavent. Unus legitur Jobi XXXIII. 34. 35. Viri cordati dicent mihi, vir, inquam, sapiens auscultans mihi: Ijob minus scite loquitur. Alter Psalm. CXXXIX. 20. **אֲשֶׁר יֹאמְרוּ לְמוֹמָה נְשָׂוָא לְטוֹא עַרְיוֹן** Qui sceleratè dicunt tibi: frustra tollitur quisquam intimum tuorum. II. Notamus, fieri alignando, ut quæ dicenda sunt, verbo non adjungantur, ubi scil. ea proximè jam præcesserint. ut Gen. IV. 7. 8. Si recte feceris, remissio; si male, pro foribus excubat peccatum: verum ad te adipitus ejus, & tu dominaberis illi. Dixitque ea Cajin fratri suo. Simile Exod. XIX. 24. 25. Abi, descende --- populus ne perrumpunto terminum, ascendendo ad Jehovam, ut non irrumpat in eos. Descendit ergo Mosche ad populum, **וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים** atque haec tetulit eis, ea scil. quæ dicenda haec tenus ex DEO audiverat. III. **סֵפִינָה** ubi iubentis vel cogitantis verbum fuerit, ante dictum vel sententiam unius plurimiue dictiōnum, cum particulis **ל**, **ו**, **כִּי** **וְ** construitur, ut in his locutionibus **הַזֹּה אָמַר לְשֻׁכֵּן הַעֲרָפֵל** dixit Dominus habitare in caligine, i.e. promisit se habitaturum. 1. Reg. VIII. 12. **וַיֹּאמֶר לְהַכּוֹת** dicebat, i.e. cogitabat, percutere Davidem. II. Sam. XXI. 16. **אָמַר לְהַבִּיא** jussit adduci. Esth. I. 17. **אָמַר לְנָעַר וַיַּעֲבֹר לִפְנֵינוּ** dic phero, ut transseat ante nos. I. Samuel. IX. 27. & in textu, qui in manibus est, **וְאָמְרָת** **אֱלֹהִים** edicas eis, ut faciant vs. 38. IV. **Verbi frequentissima est ellipsis, verbi דבר nulla.** e.g. Quum respicio cœlos tuos, opus digitorum tuorum, dico, quid est mortalis? Sic Psalm. CXXXVII. 3. Quamvis peterent à nobis cantiones -- qui contumulabant nos, dissententes, canite nobis de canticis Zionis. **Ab utroque deniq; verbo דבר & אמר differt in variciis frequentata vox נָא** Neum. Id enim à nomine **אֱמָנוֹת** solita gutturalē mobilis & litera Nun trajectione ductum pro **נָא** in regimine facit **נָא** & ex nativa origine significat Veritatem, seu, veracissimè dictum, misere agnosce meus λαοδοχης ἀξιον 1. Tim. IV. 6. Hoc sensu ubique accipi potest,

potest, Numer. XXIV. 16. *verissimum dictum* audientis sermones Dei. Num. XXIV. 3. 15. *verissimum dictum* Bilhami filii Behor 2. Sam. XXIII. 1. *verissimum dictum* Davidis, filii Isai. Psalm. XXXVI. 2. *verissimum dictum* improbitatis impii.

עֲשֵׂה [וְעַשׂ לְהֶם] *nt faciant sibi*, vel ut comparent vel acquirant sibi. עֲשֵׂה וְאַתְּ הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר־עָשָׂו. 5. *animas quas fecerant*, i. e. acquisiverant Charane, item Genes. XXXI. 1. וּמְאַשֵּׁר לְאָבִינוּ עֲשֵׂה אֶת כָּל־הַכְּבוֹד הַזֶּה, fecit i. e. acquisivit omnem istam gloriam. Idem verbi sensus Deut. VIII. 17. Ecclef. II. 8. Jerem. XVII. 11. Ezech. XV. 7. & XXVIII. 4.

צִיצַת *Peniculamentum, fimbriae*: Est enim **שם** **כָּלְלָה** nomen collectivum. Lutherus: *Schnürlein/ Belgæ. Enverkens.* Illud, quod Zizis posterioribus seculis Hebræi vocarunt, peniculus fuit ex nodis & ligamentis, quorum quidem Rabbini mentionem faciunt, Scriptura nullam. *Distingunt enim inter גְּדִילִים & צִיצַת* putantes, illud quod nominatur, esse fila retorta ad oram vestium, h. e. quod relinquitur in tela; fila autem assuta, nec texta vocari. *גְּדִילִים* *Aben Ezra* Comment. in h. l. scribit, יְחִכֵּן עַל שְׁנִי פְּרוֹשֵׁי הַאַחֲרֵי שִׁיעָשׂוּ צִיצַת כְּמוּ בְצִיצַת רָאשֵׁי, *dnas posse esse expicationes, unam hanc, nt faciant cincinnos*, (quemadmodum in loco Ezech. VIII. 3. in cincinno capit is mei) qui sunt fila, que egrediuntur neque contexta sunt; additque, סְרִיבְרָה שִׁישׁ, והפירוש השני כאשר העתיקו הול ובעבור שיט, עדים נאמנים על הפירוש הטני בטל הרASON והם העתיקו כי זאת המצוה עצם בגד שיש לו ארבע כנפים והציצות הם הגדיילים: *Altera explicatio est iuxta translationem sapientum b. m. que, quoniam fidis testibus est confirmata, priorem illam abolevit: ipsi autem explicarunt, preceptum hoc innuere vestimentum quatuor alarum, Zizis idem sonare quod filamenta.* conferatur R. Salom. Jarchi Commentario in h. l. Vide etiam Fagium in Num. XV. Celeberrimus R. Don Jitzchak *Abarbenel* Comm. in תורה confirms contribulum suorum opinionem. Is enim p. m. 298. col. 4. explanationem hanc adhibet: וְעַשׂ לְהֶם צִיצַת וְצִיצַת הַם: *h. o. שערות יורדים ומדלדים כמו ויקחני בציצת ראשיו והיא קצוות שעריו וכן חוטי הציצת הם נזאת הצורה בתחרית ונקראו גדיילים לפי שהם גדיילים מלמעלה. והמפרשים פירשו גדיילים על הצורה מלמעלה שהיא קלועה מעשה גבלות להזוק* וכן

וּכְנַכְלָשׁוֹן חֶלְלָה קָרְאָה לְקָלִיעָה גְּדוּלָה וְאֵין הַקָּלִיעָה קִימָת רַק
בְּקָשָׂרִים אֲםָם כִּי נִקְרָא אַיִצָּה עַל שְׁם דִּלְדוּל הַפְּתִילִים לְמַטָּה וְנִקְרָא
גְּדִילִים עַל שְׁם הַקָּלִיעָה וְהַקָּשָׂרִים טְבֻעָלִיוֹן הַפְּתִילִים: *Et faciunt fibi Zisis*) Zisis autem sunt filia vel crines, qui descendunt & demittuntur, quemadmodum (in loco Ezech, VIII. 3.) *Assumpsit me crinibus capitis mei, i.e. extremitatibus capilli.* Similiter sunt filia Zisis, quae inferne eandem habent figuram, vocanturque גְּדִילִים, *quia sunt glomerata superne:* Interpp. exponunt vocem גְּדִילִים de forma superiore, que est contorta opere equaliter terminata ad firmitatem, sic in sermone sapientum nostrorum p. m. contortam voce גְּדִילָה vocant, neque est contortum firmum nisi nodis, ideoque vocatur Zisis à dependentia filorum, Vocantur גְּדִילִים propter opus contortum & propter nodos, qui sunt in superiore filamentorum parte. Sed locus parallelus Deut. XXII. 12. arguit צִיצִית גְּדִילִים esse idem quod צִיצִית. Itaque & Chaldaeus vertit in צִיצִית גְּדִילִים filamenta fimbriarum vel peniculamenti, quæ scil. fimbrias constituant, Germ. Faden/vel Franzen/Gallic. franges, pro צִיצִית. Idem Onkelos hoc loco posuit Græcam vocem כְּרוֹסְפָּדָה κεραστίδα, que Hesychio teste sonant τὰ ἔντονα τὰ σκέψη τὰ ιμάτια κελωσμένα γαυμάτα, καὶ τὰ σκέψη illa quæ ad oram vestis assuntur fila, & extremitas ejus. Nec aliter Beza intellexit, qui κεραστίδων, ait, appellatione intelliguntur contorti quasi cinni filorum, quæ ab extrema vestium ora pendebant. Matth. XXIII. 5 Cæterum voce Zisis & Schedulam notabant Hebræi, sive, membranulam fimbriis palliorum assutam, in qua descripti extabant aliquot è lege Mosis versiculi v. gr. Deut. VI. 6. 7. 8. &c. quod discere possumus ex Canone Ebræorum; Membranula ista si capiti alligata & brachio vocatur חַפְּלִין צִיצִית si vesti מְזוֹזָה. Ita nimis divinis præceptis sua commenta quasi in supplementum Ebræi addebant.


עַל-כְּנָפִי בְּגָדִיהם *ad al. 25, five, ad oras vestium sharū. Ex eo, quod scribatur, cuius absoluta כְּנָפִים Kenaphájim dualis, colligit R. Aben-Ezra, vestem esse חַלּוֹק i.e. bipartitam, ut sunt מכנסים femoralia. At nimis lubricum est in forma duali fundamentum. In quibus enim masculinus pluralis est inusitatus, dualis solet pluralis numeri vicem supplere: nisi malit sapiens ille Rabbinus ex quadrupede facere bipedem, quia sc. dualis רְגָלִים de pedibus equorum effertur. Pro nobis est locus parallelus, in quo disertè pro **עַל כְּנָפּוֹת** *in aliis*, dicitur **עַל כְּנָפִי** *in quatuor aliis*. Igitur, qui viderunt hoc, eam vestem finxerunt ex particulis quadratis, ex lino lana,*

lana, serico, quæ superne ligamentis late connexa traducto capite humeris injiciantur, ut una pars à pectorore altera à tergo dependeat. In prioribus 4. angulis fila lanae contorta & oblonga annexunt, quæ visui objecta, de observatione omnium præceptorum Dei hominem moneant vid. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 1968. Synag. Jud. p. 160. sqq. Leusd. Phil. Ebr-mixto diss. 17. p. m. 130. sqq.

בגדי חם vestimentorum suorum. Exteriora intelligi vestimenta arguit locus parallelus, ubi pro בגדים est כוטות בגדיהם tegumenti tui. Quin & alias **Begeð** pallium seu togam exteriorem notat, à מעיל mebil inferiori tunica distinctam, ut Esai. IX. 4. 6. Ezech. XXVI. 16. Sic etiam rependit significatum nominis כוטות quando scil. pro eo accipitur, quod insternitur cubiti. 1. Reg. I. 1. Num. IV. 7. Amos II. 8. Bene igitur vertit B. Lutherus: *Sin den vier Fittigen deines Mantels / & Belges; aen de vier hoecken unvis overbleets.* Hoc tamen amiculo non amplius velantur Judæi, neque id dissimulat sèpius laudatus R. Abarbenel l. c. fol. 299. col. 1. ואמרו על כנפי בגדיהם רמז אל הכותות העלויות והטעט שם זמנים הם נוהגים ללבוש על כל בגדיהם מעיל ארבע כנפיים ומתעטפים במעיל ההוא באורה הטלית אשר לנו היום וכנפי המעיל מהפשתים אנה ואנה וצוה ית' שהציזות תהיינה תלויות בחם וזהו עניין i.e. cum dicit; ad oras vestiarum, innuit vestimentum tum corporis exterioris, atque hoc valit; quod ea tempestate soliti fuerint gestare quatuor alarum pallium, quod super omnes reliquias vestes induebant, eoque pallio circumlabantur eum in modum, quo velavimus bodie inter nos nūtato **טלית** Tálles, alis pallii hinc inde pendentes. Præcepitque Deus, ut peniculi ad eas appenderentur, quod insinuatum est verbis; quum videritis illud. In obsoleti igitur istius amiculi, cuius scil. modum Deus præscripsérat, locum venit **טלית** Tálles, quæ vestis etiam **ארבע כנפות** Arba Canphos appellatur. Duplicem autem Tálles nostra tempestate habent. **Majorem unam**, alteram **minorem**. Minorem, qui pietate & sanctitate ceteris volunt antecedere, quotidie simul ac surgunt, cum ceteris vestibus induunt, & sub toga circumferunt, ita tamen, ut fimbriæ **ציצית** paululum emineant, & illas intueri atque in oculis habere possint. Et sic hodie plerumque id sub thorace ferunt, ne ab illis inter quos vivunt, ludibrio habeantur, & derideantur, quia quadrangulæ ejusmodi vestes non sunt in usu. Præter **טלית** Káton rive parvum habent & illud, quo tempore precum in Synagoga utuntur, quod vocant **טלית גדול** Tálles


Tállos gádol sive magnum. Hoc itidem vulgo constat ex panno albo, ad instar Mappæ quadratæ, & quatuor ejusmodi fimbrias sive peniculamenta habet à singulis quatuor angulis. Id non corpori applicant, sed capiti & collo circumvolvunt in Schola vel Synagoga. vid. de his fusius agentem Buxtorf. *Synagog. Judaic.* c. 9. p. m. 160. Leusd. Philol. l. c. *Materia hujus pallioli* debet esse lana ovilla, sive agnina alba: *fila* itidem ex lana eâque detonsa non evulsa & retorta manu fœminæ Judææ, & quidem hoc fine ut peniculamentis serviant. ad angulos quatuor debent annexi, trium circiter digitorum spatio supra oram extremam, quia dicitur, **וְלֹא כִּנְפֵי בְּגָדֵיכֶם** *supra oras vestimentorum suorum.* Fila sumuntur quatuor, quæ per foramen transmissa & duplicata faciunt octo. Septem illius sunt æqualis longitudinis, octavum debet esse longius, ut sufficiat circumvolvendis reliquis, & quinque nos firmis necendis, & tamen residuum æqualem cum reliquis septem habeat longitudinem, circumvolvunt ad tertiam filorum partem, ceteras duas dependere sinunt. Vestis hæc una cum fimbriis juxta legem deberet esse coloris **חַכְלָת** *hyacinthini*, sed hodie quia illum habere nequeunt, communiter ea faciunt alba, (quandoque fusca, ut in ea, quam possideo) quoniam color albus innocentiae & puritatis sit symbolum. Cum ista induuntur, duæ pallioli particulæ & fimbriæ à fronte & à tergo pendere oportet, ut undiquaque præceptis Dei sint cincti & circumdati, & sic in illis impleatur, quod David ait, Psalm. XXXIV. 8. *castratur angelus Domini circa timentes eum.* nam, ajunt, *Præcepta Domini sunt ipsius Angeli.* Vid. Buxtorf. l. c. Pfeiffer. Dub. vexat. p. 285. *Fornam* **וְסִיגָּרָם** hujus pallioli æri incisam habes in Celeberr. Wagenseilii Sota p. 406. & Leusden. Philol. Ebr-mixt. l. c. Possidendi istud copiam raro dant Christianis Judæi, sive, quod ludibrio se haberi putant, sive quod sanctissimæ rei metuunt profanationem. Quo magis mirabatur nuper, cum à Judæo & hanc vestem fimbriatam, & Fascias puero in circumcisionis ritu circumdatas impetrarem, quarum speciem, quoniam ita occasio quidem tulit, æri incisam cum interpretatione sua rerum talium curiosis exponam. Verba, quæ Ebraica, mulier acu sua ornatissimè depinxit, ita habent: **יששכר** *בר אלחנן נולד ב' מ' י' ב' ח' אדר מ' ז' ד' ג' ח' מ' ט' י' ג' ל' ב' ת' ו' ל' ח' :* *i.e.* Issachar filius Elchanan, natus est fausto sidere, die II. septimanæ, octavo mensis Adar, signo Piscium, Anno ab orbe condito 5449. Magnus fiat in lege, dieque nuptiarum & bonis operibus! Amen, Sela! Abbreviatura **ב' מ' ט' ב' י' ב'** integre scribitur *ב' מ' ט' ב' י' ב'* in signo fausto die secundo

ad p. 12.





36



secundo scil. septimanæ, qui nobis lunæ dies, nam & Judæi septimanam à die Dominico incipiunt, תְּמַט i.e. 449. anno, cui numero si addideris 240, erit annus à nato Christo 1689. Millenarius sive 5000. in ære Judaica sollet omitti, in cuius rei indicium aliás addunt פְּקֻדָּה וּלְחֵזֶקְקָה i.e. secundum computum minorem. וְלֹחֵז וּלְמַעֲשִׂים pleniori scriptura וּלְמַעֲשִׂים & die nuptiarum וּלְמַתָּמָם i.e. וּלְמַעֲשִׂים & Operibus. Fasciæ hæ, quas Wimpels barbare vocant, ex involutis infantium componuntur, quibus involutos octavo post puerperium die ad circumcidendum proferunt. Ista deinceps in fascias dissecta iterum consuuntur, & animantium florumque imaginibus picturata pueri parentisque nomina & nativitatis diem exhibent. Anno, vel, pro loci consuetudine, festivæ completo, puerum in scholam deferunt, fascia in sacrificii locum addita. Ipsum verò Scholæ Antistiti (בָּבָר) commonstrant, qui dextra capiti ejus imposita veteri Benedicentium formula utens Gen. 48. v. 20. ponat, inquit, te Deus ut Ephraimum & Manassen. Tum fasciam pater infantis illi, qui ligni vitæ tractandi habet officium, tradit, hic vero alteri, qui officium gelilæ, seu involutionis administrat. Cæterum eâ fasciâ ita Liber legis involvendus est, ut literæ introsum conversæ pergamenum, cui Lex inscripta, quam proxime contingant. Tales fasciæ magno numero reperiuntur in Almemar seu suggestu, & quoties תורה sive Lex prælecta involvit, toties nova volumini Legis applicatur, eo scil. fine, ut ejus involutionis utilitas vel in eum redundet, à quo primum illa fascia venit, vel hoc defuncto transeat ad posteros. Vid. Wagenseil. Memorab. Norimb. & Buxt. Synag. Judaica.

[לְדָרְתָּם] in etates eorum; i.e. usque ad consummationem seculorum. Ebr. VII. 26. Eandem scil. hic vim habet, quam Exod. XII. verbum לְעוֹלָם. Utrobique enim continuationem operis ritumque in posteros propagandum denotat, usque ad tempus emendationis Ebr. IX. 10. Sic etiam Sacerdotii Lex in generationes Ebræorum observari jussa, tamen quo tempore Sacerdos juxta Melchizedeci ordinem extitisset, antiquari debuit. Fieri autem præcepti superioris abrogatio debuit propter infirmitatem ejus & inutilitatem, quando nihil perfecit Lex, sed adjectio melioris spei, per quam ad Deum accedimus. Ebr. IX. 10.

[וְנַחֲנוּ עַל־צִיצַת הַכְּנָפָה] Dabitis autem ad peniculamentum oræ cujusque, i.e. applicabitis filamenta oræ cujusque: בְּלֹעַ idem quod לְאַלְעַ ad. Nihil ista permutatione frequentius. Hinc explices illud Gen. I. 20. וְעַופָּת עַל הָאָרֶץ עַל פְּנֵי רְקִיעַ הַשְׁמִימָם volucres volanto supra terram, superficiem verius expansi cœlorum.

פְתַל חֶכְלָת *[filum tortum hyacinthinum]*. **פְתַל** est contortus, glomeratus, ex forma absoluta פְתַל qua legitur Num. XIX. 15. collact neum est פְתַל תּוֹל contortus, tortuosus, *מִשְׁעָמָרָת*, epitheton populi Israeli-tici. Deut. XXXII. 5.

תְּכַלָּת *Thechéleth*. Chaldaic תְּכַלָּת *Tbicla*, hyacinthinum, qui color mari similis, mare cœli speciem refert, cœlum throni glorie. *Paratus* olim fuit ex sanguine purpure, pisces, qui *Hebreis* חַלְזֹן *Chalazon* dicitur. vid. R. S. Jarchi, Aben Ezra & Abarben. l.c. fol. 199. Item Buxtorf. Lexic. Thalm. p. 760. Thargum Jonathanis: Ad littus maris magni habitabunt Zebulonitæ, & oblectabunt se טְרִיחַ Tarisa, וְחַלְזֹנוֹן יְאַחֲרוֹן מֵאַדְמָה תְּכַלָּת וַיַּצְבְּעוּן Chalsonam capient, & ejus sanguine colorabunt fila stolarum suarum. Apud Talmudicos idem legitur in Megilla fol. 6. 1. Conqueritur ibi Zebulon, quod Deus fratribus suis agros & vineas, sibi autem montes duntaxat & colles, illis terras, sibi autem maria tantum & flumina in sortem assignarit. Respondet ei Deus: Omnesopus habebunt te propter Chalazon, sicut dicitur Deut. XXX. 19. Nam וְשִׁפְנֵי טָמוֹנִי חֹל Nam Raf Joseph docuit, per שִׁפְנֵי intelligi חַלְזֹן per שִׁפְנֵי חֹל autem vitrum album. Ut autem conciliemus ea, quæ Ebræi nunc de hyacinthino seu cœruleo colore, nunc de purpura loquuntur, eumque colorum qui est janthinus vel cœruleus ex purpura pisce derivant: notandum est, purpuræ sanguinem in officinis ita parari potuisse, ut vel sanguinis concreti nigricantis adspectu, simulque suspectu refulgentis colorum imbibent lanæ, vel dilutiorem illum, qui est in hyacintho. Vid. de his fuse agentem Plinium in Hist. Natur. L. IX. c. 39. Itaque ex eodem purpuræ succo & nigra illa h. e. violacea exsaturata purpura, & hyacinthina seu cœrulea produci potuit, qua pannos ad velum & vestes Sacerdotum tegumentumque tabernaculi pertinent, & vestium suarum peniculos tinxerant Hebræi. *Lutherus* hyacinthinum, quod apud Vulgatum & Græcos Interpr. iuvenerat, extulit gelbe Seiden. Sine dubio fecellit eum, quod sua ætate hyacinthus gemma dicetur, quæ coloris fulvi interque aureum & rubicundum ambigentis fuit. Quod etiam de nostratis hyacinthis verissimum. Aliam hyacinthos veterum habuisse speciem Plinius testatur: *Is ab ha*; inquit, *videlicet, Amethysto multum distat hyacinthus, tamen ē vicino descendens*. Differentia hæc, quod ille emicans in Amethysto fulgor violaceus dilutus est in hyacintho, primo quoque aspeetu gratus evanescit antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut pene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore.

flore, Hyacinthos Æthiopia nudit, & Chrysolithos aureo colore translucentes. Horum tempore Judæi, quia purpuræ ad hyacinthi simulationem urendi modus inde à multis seculis ignoratur, communiter peniculamenta sua alba faciunt, certi nullam in se violatae legis culpam aut crimen hæcere. R. Abarbene. I. c. fol. 199. 3. בְּכָל אָמֵן לֹא תִכְלַת יְאָדֵי חֶבְשׁוֹן. i.e. quodsi autem careat isto colere, satisfecit officio suo alibi turus nonnis filia candida; Autor quidam MSCti Ezbachajm, quod Excellentissimus Wagenseilius possidet (vid. Sotam ejus fol. 396. & Buxtorf. Biblioth. Rabbinic. p.m. 118.) rationem fila hyacinthina parandi paucis nos docuit, sed non ego credulus illi. Interim haud gravabimur eum hic per laudatum Interpretem audire. *Quomodo imbuuntur filamina colore hyacinthino? Maceranda est lana calce, ac deinde probe lavanda, ut reddatur mundissima, atque sic elixanda smegmate uti solent præparata tintores lanam, quo colori recipiendo apta sit: His peractis, Murice, (externa is forma mare refert, sanguinem autem nigrum habet, ac in mari falso reperitur) accepto, sanguis ejus cum aliis pigmentis in cortina calcit, Et tum eidem lana tamdiu committitur, quoad cœli cum sudum est, faciem exhibeat. Atque hic est color ille hyacinthinus, quo filamina tinguntur, Et (qui ætatem perdurat) nec unquam immutatur.* De תכלת plura more suo præclarè differit Sam. Bochartus P. II. Hierozoici Lib. V. cap. 9. Conferatur Excellentissimi Domini Præsidis tractatus de Gemmis pag. m. 105.

וְהִיא לְהָם לְצִיצָת] eritque vobis peniculamentum. mascu- ג. 3. linum verbum est, quod retuleris, vel ad כנף masculini generis nomen 2. Patal. III. 12. vel ad פְתִיל filamentum, nullo sensus detimento. ה loco recti casus indicium. Talia: וְרוּ vobis לְאֱלֹהִים i.e. Deus. Exod. VI. 9. i.e. Propheta hodie vocatus fuit, antea videns. 1. Sam. IX. 7. tertius לְאַבְשָׁלוֹם i.e. Absalom filius Malachah: 1. Patal. III. 2. Ad hunc locum R. Isaac Abarbenel sequentia annotavit. וְאָמְרוּ היה לְהָם לְצִיצָת פִירשׂו המפרשים והיה לְהָם כנף המעל הנזכר העליון לְצִיצָת להתדרל ולהתחבט בפניכם וכנגד עיניכם וראיתם אותו לאות ולסימן לזכור כל מזאות יי' כי מפני שרוב בני אדם טבועים במנולות ים התאות החמריות גם בטרדות העסקיים וזכריכם חייבה החכמה האלהית את האוזם לשוט אות וסימן לזכור בבשרו אם יהיה ערום והוא ברית מילה וכן במלבושים הכנף מעילו העליון שהוא תמיד לנגד עיניו והוא הציצת ועל ידי

העס肯יות ובין ידיו התפליין של יד ושל ראש ועל פתח ביתו המזוזה ולדבר בחם תמיד בבקר ובערב כדי לזכור תמיד את בוראו וכמ"ש שווית "לנגיד תמיד ועל זה אמר למען תזכיר ועשיתם את זהה להם" i.e. dictum autem hoc מצוות "והייתם קדושים" ita exponunt Interpretes: *Eritque vobis ala pallii memorati exterioris pro peniculamento, ut dependeat et dejiciatur ante faciem vestram, et ante oculos vestros, ut videatis istud, tamenquam signum monumentum, ut recordemini omnium praceptorum Dei. Quia enim ut plurimum mortalium libidinum terrestrium fundo immerguntur, negotiorumque et necessitatum suarum opere pregraventur, obstrinxit divina sapientia hominem ut nudo ei memoriale poneretur in carne, fœdus nempe circumcisionis, vestito in oris pallii exterioris, quod jugiter oculis ejus obversaretur, peniculamentum; super manus denique negotiosas et inter manus, manuum capitisque Phylacteria, et super ostium dominus Mesu-sam, et ut de illis loquatur assidue, cum mane tum vesperi, ut semper recordaretur Creatoris sui, sicut dicitur: posui Dominum ante me jugiter. qua de causa etiam scriptum, ut recordemini et faciatis omnia præcepta Domini, sitisque sancti.*

[וְרִאֵתֶם אֹתוֹ] *videatis illud; scil. filum hyacinthinum. Sic Onkelos Interpres Chaldaeus; וְתַחַזֵּן יְתִיהֵן & videatis illud, scilicet חוטא detheletha, filum hyacinthi.*

[וְזִכְרָתָם] *recordemini; summo studio retractetis. Ne recedant ab oculis tuis, servetis ea in medio cordis vestri. Prov. IV. 21. Ita possum loco זיכור meminisse, Deut. V. 12. Exod. XX. Oppositum oblivisci, dememinisse, Psalm. IX. 13. Ea igitur mens, idque consilium DEI fuit, ut Israelita conspectis peniculamentis Dei præcepta retractaret, retractata ficeret, factisque sanctitatem suam ei approbatet. Nostroque judicio in summa inanitate versantur Ebræi, qui in ipso memoriali rerum cœlestium & spiritualium imagines quadrunt. Ante omnes est saepius citatus R. Abarbenel, qui in Commentar. in fol. 299. col. 2. ita philosophatur:*

האמנס ראי לבר איך הטלית והציצית יהיו זכרון המצוות
מדריכות אל הקדשה והרלבג כתוב שהיו ארבע כנפים רומיים
אל ארבע יסודות והקשרים לגלגלים והוא בעני בלחתי נכוון
ומזה שנראה לי הוא שבמצוות הציצית יובחנו ארבע' דברים הא'
הוא הטלית שהוא אחד כולל ומופיע לכל והב' הם הכנפים הד'
היווצאים

היוֹצָאִים מִהְתְּלִית הַכּוֹלֶל הַחֹוָא וְהַגָּן הַוָּא הַלְקִיעָה וְהַס הַקְטָרִים
אֲשֶׁר בְּעַלְיוֹן הַפְּתִילִים וְהַדָּם הַצִּיצִות רֶל הַפְּתִילִים וְהַחֲוטִים
הַיוֹצָאִים מִשֵּׁם עַמְּס פְּתִיל הַתְּכִלָּת וְהַנָּהָה הַמְּעִיל אֲוֹ הַטְּלִית יְרֻמוֹ
אֶל הַבּוֹרָא כִּי הַוָּא מְעִיל צְדָקָה אֶחָד כּוֹלֶל וּמְקִיפָּה לְכָל הַדְּבָרִים
וְהַכְּנֶפֶים רְוֹמָזִים לְשָׂכְלִים הַנְּבָדְלִים הַסּוּבְבִּים אֶת כְּסָא
כְּבוֹדוֹ וּלְפִי שָׁם בְּאַרְבָּע מְחַנּוֹת הַסְּמִינִים נְעָלָמִים וּנְסִתְרִים כְּמַהוּתָם
לְכָנָן תָּאָרֶם בְּכְנֶפֶים טָהָוָא לְשָׁוֹן הַסְּתָר. וְהִי אַרְבָּע כְּנֶפֶים
וְהַקְלִיעָה וְהַקְשָׁרִים הַוָּא רְמוֹז אֶל הַהְנָעָה שְׁנִינוּוּ הַנְּבָדְלִים לְגַרְמִים
הַשְּׁמִינִים וּלְכָךְ הַיּוֹ חַטְשַׁת הַקְשָׁרִים. הָא, הַוָּא רְמוֹז לַהְנָעָת הַגְּלָגָל
הַעַלְיוֹן הַמְּקִיפָּה כָּל שְׁמַנְיוּוּ הַוָּא הַנוֹּרָא יַחֲרֵךְ בְּעַצְמוֹ וְאַרְבָּעָת
הַנְּשָׁאָרִים הַסְּמִינִים הַהְנָעָות הַבָּאוֹת מִאַרְבָּע כְּנֶפֶים מִהַּגְּרָמִים הַשְּׁמִינִים.
וְאַמְנָסְתָּה הַצִּיצִות וְהַחֲוטִים הַסְּמִינִים רְמוֹז לְגַרְמִים הַשְּׁמִינִים
הַהְנָעָה וּלְכָנָן הַיּוֹ הַחֲוטִים חַי וּעַם הַפְּתִיל תְּכִלָּת מְשֻׁעה כְּמִסְפֵּר
הַגְּלָגָלים וּכָל זֶה לְרְמוֹז כִּי גְּבוֹהָ מִעַל גְּבוֹהָ שׁוֹמֵר וְגְבוֹהָים עַל הַמְּלָאכִי
וּבְאַשְׁר הָאָדָם יִהְיֶה לְנֶגֶד עַינֵּיו מִצְּיאֹת הַאֵל וְהַשְּׁפָעָתוֹ עַל מִלְּאָכִי
וְהַנְּעָתָה לְשָׁמִינִים הַמְּחַיִּיבִים עַנְיָנִי בְּנֵי אָדָם בְּאָרֶץ יַחֲרֵךְ לְבָבוֹ
וַיִּפְחַד מָאֹדוֹן הַעוֹלָמִי וַיִּזְכֹּר מִצּוֹתָיו לְעַשּׂוֹתָם וְלֹא יַתְוֹרוּ אַחֲרֵי
לְבָבָכָם וְאַחֲרֵי עַינֵּיהֶם:

*Eft omnino opera pretium exponere, quomo-
do Tálles & Zizis sint memoriale præceptorum, que ad sanctimoniam-
viam pertinent. R. Levi Gersoxides, tradit quatuor alas notare
quatuor elementa, & ligamenta sphæras, quod meo iudicio non est
firmum. Ita autem statuo, in præcepto de Zizis quatuor conti-
neri. Primum est Tálles, quod unum comprehendit & conjungit omnia.
Secundum sunt Alæ quatuor, que ex Tálles, ista quod comprehen-
dit, egrediuntur: Tertium est ligatura sive nodi, qui sunt in superiori fi-
lamentorum parte: Quartum peniculamenta, sive fila ex illis egredientia
cum filo byacinthino. Porro Tálles sive pallium innuit Creatorem, pal-
lium Justitiae, quod unum comprehendit ambitque omnia. Alæ autem si-
gnificant intelligentias separatas, que thronum glorie divinæ circum-
dant; & quoniam in quatuor sunt castris, quoad qualitates suas abscon-
ditæ & occulte sunt. Idcirco alis prefigurantur, quod occultationis sym-
bolum est. Quod autem memorantur alæ & ligatura & nodi,
id indicat motum, quia movent separati à caussis cœlestibus: ideoq; sunt
quinque nodi. Unus devotat motum sphæræ suprema omnia ambientis,*

quam Deus benedictus ipse per se movet: quatuor autem reliqui sunt motus, qui à quatuor oris, ex caussis cœlestibus oriuntur. Nec dubium quin peniculamenta ፩ fila caussas cœlestes significant, idcirco sunt oīlo fila ፩ cum hyacinthino novem, juxta sphærarum numerum: que omnia indicant, quod altus superior alto observat, imo quod altissimus sit superior ipsis. Eccles. V. 7. ፩ quum homines suo iudicio substantiam Dei habeant, Deus autem Angelis suis infuit, Angeli cœlum movent, cœli humana in terris moderentur, consternatur animus eorum, pavetque à Domino mundi ፩ recordatur præceptorum ejus, neque speculantur amplius mentem aut oculos suos sequentes.

את כל מצות יהוה] omnium præceptorum Domini: moralium, aciempe, ceremonialium & forensium.

וועשיותם אותם ፩ faciatis ea. Sensus est: In hunc usum parabitis vobis vestimenti peniculamenta, ut his conspectis memoriam mandatorum à Deo excitent, iisque omnibus & singulis obtemperetis. Rabbini hoc sensu accipiunt. Faciatis ad vestium oras peniculamentum. Sic enim fiet, ut eo conspecto non solum ad memoriam omnia Dei præcepta referatis, sed ea etiam vita & moribus perfectissimè exprimatis. Itaque non verentur ceremoniæ hujus observationem præceptis omnibus æquipatare, & ab ista totius legis implementum suspendere. Disertè R. Majmonides, (quem aliâs ob insignem eruditionem Judæi vocant נשר הגדול aquilam magnam, qui que hoc elogio ab ipsis celebratur עד משה לא קם כמשה à Mose. (Legislatore) usque ad Mosen (Maimonidem) non surrexit, qui sit sicut Moses iste) שמי יתא אָדָם זָהָר בְּמִצּוֹת צִיָּת שָׁהַר הַכְּתוּב שְׁקָלָה וְתָלָה בָּהּ כָּל הַמִּצּוֹת כָּל שְׁנָאָמֵר וּרְאִיתָם אָתוּ וְזָכְרָתָם אֶת כָּל מִצּוֹת יְהוָה i. e. Semper in mente hominis versetur præceptum de filamentis oralibus. Scriptura enim manifeste suspendit ab eo omnia ፩ singula præcepta, inquiens, ut videatis illa ፩ recordemini omnium mandatorum Domini. Idem de 2. ita: שבת. חפִילִין & צִיָּת Mish. c. כל מ' ל' חפִילִין בראשו או בזרעו וצִיָּת בגדו ומזוזה בפתחו מוחזק הוא שלא יחטא שاري יש לו מזכירים רבים והן הם המלאכים: טמץילין אותו מלחתא: i. e. Cuiuscunque capiti aut brachio precatoria five frontalia, ፩ cuius vestimento filaments oralia, ፩ cuius ostio schedula liminaris est alligata, is probè munitus est adversus peccatum, hæc enim memorialia sunt insignia, ፩ Angeli eripiunt eum à peccato. R. Bechai in Sectione ל' תורה שלך ל' iisdem pene verbis R. Maimonidi succinct:

כֵּל מַי שִׁישׁ לֹו תְּפִילִין בֶּרֶאשׁו וּמְזוֹזָה בְּפֶתַחְוּ וְצִיצָת בְּבֶגֶדְוּ :
 cinit **לְפִילִין** בְּרֶאשׁו וּמְזוֹזָה בְּבֶגֶדְוּ : h.e. *Quicunque habet Thpillin in capite suo, Mesusam in janna sua, Zizis in vestimento suo, is certus est, quod non sit peccatum; juxta illud Eccles. IV. 12. Filum triplicatum non facile rumpitur.* R. Abarbenel l. c. ita:
 וכן אמרו גודלה מצות ציצת שocketה כנגד כל המצוות שנאמר זכרת את כל מצות יי' שבגמטריא כל מצות יי' עולה לחריב מצות ומזו הציצית את הרי תרג' עוד חמצא כי ציצית עולה תרוח חוט' וזה קשיים הרי תרג' ואפ' על פי שהוא ציצת כתוב חסר יוד מפרש בתנחותה ג' פעמים כתוב בפרשא לציצת חלק למד לששתן והוא משלמת המניין. גם אמרו טיש ס"ד תיבות מן דבר אל בני ישראל וג' ועשו להם ציצת עד טיש ס"ד תיבות מן דבר אל בני ישראל וג' ואלו היכם h.e. *Pariter dicunt (Doctores nostri) Magnum est præceptum de Zizis, quoniam præceptis omnibus est æquilibre, prout dicitur, & recordemini omnium præceptorum DEI; siquidem per Gematriam rependit numerum DCXII. præcepta, cui præceptum de filamentis, si adjicimus, conficiunt ecce, DCXIII. Amplius reperias, quod ציצית conficiat DC. nimicum VIII. fila ו V. nodi conficiunt XIII. Quamvis enim ציצת cum Jodh defatto scribatur, explicat tribus vicibus scriptum esse in Sectione תנתנותא לציצת diviso in singula isthec tria, atque sic completeretur numerus. Præterea dicunt, esse LXIV. vocabula à verbis ציצת להם דבר אל בני ישראל ועשו להם ציצת יי' vocabula à verbis ego Dominus Deus vester. Confer. de his etiam Zenoreenna p. m. 77. col. 2.*

וְלֹא תִתְוֹרוּ וְnon investigetis, sive indagetis, vel, scrutemini. Propter affinia significata junguntur ei verba **דָּרְשָׁנָה** & **בְּקֻשָּׁה** ut Eccles. II. 4. *Ad quaerendum explorandum in sapientia de omni, quod fit sub cœlo,* Eccles. VII. 25. ad cognoscendum & explorandum & quaerendum sapientiam & rationem. Affine est etiam Deuter. XIV. 15. verbum **חַקְרָה** & intenderes rei, וְחַקְרָתָה & vestigabis, & scrutaberis, & rogabis. Chaldaeus Interpres: **וְלֹא תִתְעַזֵּן** neque fornicemini, quasi dicat, ne scrutemini, ne vestigetis viam ad spiritualem fornicationem.

[**אַחֲרֵי לְבָבְכֶם**] *post mentem vestram;* i. e. post mentis primigenia labe corruptæ decreta & judicium: **לְבָב** Φρόνημα συγκέντιο, quod caro sapiat, quod cogitet, sive rationis naturalem industriam cum in cognoscendo bono, tum in eligendo. Ei statim adjuncti oculi, qui ad partens adpetitui bonum significant.

וְאַחֲרֵי עִנִּיכֶם וְאַחֲרֵי לְבָבְכֶם post oculos vestros; seu, post id, quod in oculis vestris bonum rectumque videtur, i. e. quod sensuum oculorumque iudicium comprobaverit. Juxta vetustiores Rabbinos, verba innunt Epicureismum, & ואחרי עיניכם וְאַחֲרֵי עִנִּיכֶם scortationem. Ita enim R. Abarbenel; ואל אחריו לבבכם זו אפיקורוסות ואחרי עיניכם זו זנות dicunt autem Rabbini nostri p. m. post cor vestrum idem esse quod post Epicureismum, וְpost oculos vestros, idem quod, post scortationem. Mens dicit est, non debere Israelitas credere falsis verbis, neque obsequi pravis libidinibus.

[אשר אתם זונים אחריהם que sequentes scortamini. Onkelos: מעל אלהיכם טען scortamini, aversi à DEO vestro. Hosea IX. 1. Scortari post menteim atque oculos, i. e. spretis legibus divinis cupidè licenterque rationis aut sensuum sequi judicium. vid. Deut. XII. 8. 32.]

¶ 40. [למען תזכרו ut recordemini. Alibi recordari est habere quasi signum ad manum, & monumentum inter oculos, ut sit doctrina in ore: quo quidem modo Paschatis festum in memoriam reduci jubet Deus. Exod. XIII. 9.]

אבל עניינו מה שכתב הפלוסוף [ועשיתם את מצוותי ut faciatis, i. e. ut facere studeatis. nam & ea futuri vis est. Porro: Facere est implere. Jure enim Deus à populo suo postulat, quod debent. R. Abarbenel existimat, Deum ideo præcepisse assiduam fimbriatum orarium contemplationem, ut ea memoria legum frequentius repetita habitu virtutis acquirerent: ut factum est.]

רבותי המעש' בפת הלמוד יעשה קניין חזק בנפש באופן שאחריו יצאו המעש'ם בנקלה וMbpsלי קושי' וכן אמר הכתוב כאן שיעשו ציצית ויראו אותו ויזכרו את כל מצוותי. וכן למען אשר אחרי הקניין הנכבד ההוא מבלי ראיית הציצית אתם מעצמכם תזכרו את כל מצוותי. ועשיתם אותן והייתם קדושים לאלהיכם כי לבעור שתבואו לקניין זהה בלבכם צויתי אתכם במצוות:

Inniuitur, inquit, quod nonnemo Philosophorum scripsit, crebros dissentium adhuc efficere habitum in animo radicatum, ita ut actiones cum nulla difficultate sequantur. Ita hoc loco Scriptura ait; ut faciant peniculamentum, videantque illud, ו recordentur omnium mandatorum Dei, ו hoc omne, ut acquisito praestanti hoc habitu absque Zizitharum usu ipsi per vos recordati omnium mandatorum Domini faciatis ea, sicutique sitis coram DEO vestro, ideo enim, ut acquiratis banc

banc facultatem in corde vestro, præcepi vobis præceptum Zizis.
[וְהִי תִּתְהַנֵּם קָדוֹשִׁים לְאֱלֹהִיכֶם] sitisque sancti coram Deo vestro.
 Vox idem quod vel **לְפָנֵי אֱלֹהִיכֶם** in conspectu DEI
 vestri. Similiter Paulus: *ut sitis sancti & immaculati in conspectu ejus* Eph. I.
 Etiam est genitivi nota. itaq; extuleris: *ut sitis sancti DEI vestri,* αγιοι Θεοι
 Coloss. III. 12. Distinguunt docti αγιοι inter & αγιασμένοι, illud enim
 eum notat hominem, in quo actus permanens vel habitus Sanctitatis est,
 hoc vero eum qui sanctus est, vel actione Dei vel sua. Utraque notio huc
 spectat. Conf. Levit. XIX. 2. Ne dicam & Sanctos appellari à legibus, à do-
 ctrina divina, à Sacramentis, à toto denique cultu, quo Deum venerantur.

[אֲנִי יְהוָה אֱלֹהִיכֶם] *Ego Dominus Deus vester sum.* Dominus **v. 41.**
 dicitur DEUS Israelitarum, i. e. Beatitudo, quam animo concipere nemo
 queat. Non potest enim alicujus DEUS esse, cui non propter ipsum bene
 fit & aeternum vivat. Levit. XX. 38.

[אֲשֶׁר הָזַחְתִּי אֶת־נַסְמֶן מִצְרַיִם] *qui eduxi vos è terra Ægypti.* Is autem qui eduxit, personâ Trinus fuit. Memoratur enim Ange-
 lus, in quo fuerit Patris aeterni nomen, Patris facies, i. e. Imago & character
 essentiæ paternæ: memoratur etiam Spiritus, quem exacerbarunt verbo: Is,
 qui est Jehova Elohim Echad, i. e. hypostases divinæ, quæ sunt unus Deus.

[לְהִיוֹת לְכֶם לְאֱלֹהִים] *ut sim vobis Deus;* ut me summum Nu-
 men colatis, & vicissim ego vos divinis cumulem beneficiis. vos mihi popu-
 lum elegi, regale Sacerdotium. Exod. XIX. 6. 1. Petr. II. 9.

[אֲנִי יְהוָה אֱלֹהִיכֶם] *Sum, inquam, Dominus Deus vester.* Is qui
 unus aeternus est, & ex fœdere DEUS vester, uti vicissim vos estis populus
 meus. Æquum est, ut legibus aeterni Numinis omni studio pareatis, nihil non
 præclarum ab eo expectantes, qui Deum se vobis bona fide pollicetur.

SECTIO III. PERIPHRASTICA.

Vers. 37.

PER idem tempus; Ille vivens & stabilis in secula Deus, vel, Is
 qui est, qui fuit & venturus est, Deus, in tentorio conventus allocutus est
 ministrum & internuncium suum Mosen his verbis:

v. 38. Alloquere posteros Israelis, atque meo nomine edic ipsis,
 ut vel ipsi faciant, vel parari sibi sinant, in quatuor extremitatibus vel alis
 vestimenti, quod super reliquas vestes induere solent, fimbrias vel penicula-
 menta, quæ & ipsi & eorum posteri deinceps gestent,

v. 39. Erit autem fimbriata hæc vestis in hoc vobis usui, ut ea videnda omnium Dei præceptorum, moralium, ceremonialiumq; & forensium recordemini, & recogitata ex animo faciatis, neque curiosius speculantes sequamini judicium mentis, quæ malis cogitationibus scatet, aut oculos vestros, quorum concupiscentia à vero Bono alienati idola colatis.

v. 40. Ut, inquam, recordemini, animoque sollicitè reponatis omnia præcepta & statuta mea, & sitis cùm inhærente & habituali sanctitate, tūm sanctitate propter Christum Dominum imputata sancti coram Deo vestro.

v. 41. Sum Deus ille vivens & stabilis in secula, (Dan. VI. 27.) Deus vester, & vos populus meus, qui haud ita pridem vos ex durissima servitute in libertatem vindicatos ex terra, quæ Chami filio Mizrajimo in hereditatem antiquitus cessit, i. e. ex Ægypto, eduxi, ut essetis populus, qui me condigna coleret veneratione, & ego vicissim, qui vos tueretur & æternum beatet. Ego, inquam, Deus vivens & stabilis in secula, Deus vester.

SECTIO IV. PROBLEMATICA.

Quæstio I.

Quo tempore Deus Legem de ueste fimbriata tulerit?

Existimat R. Don Isaac Abarbenel, ex primis præceptis fuisse, quæ Deus revelaverit Moysi, utpote fundamentum eorum, quæ deinceps promulgata, nec dissimile ei quod est de frontalibus & sanctificandis primogenitis, quippe que ante vulgata fuerint, quam Ægypto populus exiret, atque adeo pallii præceptum vel in Ægypto, vel saltem in Mara datum fuisse. Generaliter enim, ait, dictum, ibi posuit ei statuum & judicium. Exod. XV. 25. Sed Moses illud celaverat habens Israelitas, donec ei lignantis historia illud suggereret: Dixitque, alloquere filios Israelis, & dicas ipsis, ut significet illis præceptum istud, prout meminerit: *Dixitque eis id scil. quod acceperat, ut promulgatum ei fuit in Sinai.* Verba Abarbenelis in Comment. in fol. m. 298. col. 4. ita habent: *ונתבו מפרשים שמצוות הצעת היתה מהמצוות הראשונות כי היא עקרית באות וכטוطفת ויקדוש בכוריהם שנאמרו קודם שייצו ממצרים ושכנן תיתה מצוות הצעת כאמור במצרים או במרה.* והוא

זהו מכלל שם שם לו חוק ומשפט אבל מטה לא אמרה לישראל עד המקום הזה מפני שענין המקוטש הביא אליו ואמר דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם טיגיד להם המצוות ההיא כמו Evidem seorsim à Rabbino sensam, & hoc de fimbriis præceptum Israelitas tum primum audivisse afferam, cum supplicium de homine sumeretur, qui lignando Sabbathum violavit. Id cum fecisse per imprudentiam hoc unum arguat, quod tota Ecclesia dubitans quid homine esset faciendum, Deum consuleret, minime id factura, si is quidem sciens prudensque in legem peccasset, cuius transgressionem jam ante in Sinai monte capitalem Deus sanxerat. Exod. XXXI. 14. 15. 18. Et verò oblivione in hanc maximè legem peccari, ipsa Lex perspicuè docet, cuius primum verbum est, *Memento*, ceteris non præfixum. Nimirum personæ vel res, in qua peccare ceteris præceptis vetantur, nobis sunt præsentiores, quam tempus feriandi Sabbathi, quod extra oculos positum è memoria hominis facile elabi potest. Cum igitur, qui Sabbatho lignaverat, factum istud, licet in naturæ impegisset legem, oblationis prætextu diluere posset: ut ei Legi venerationem apud omnes crearet Deus Legislator, ultimum ei supplicium irrogavit, iussitque, ut ab universa multitudine extra castra lapidibus obrueretur. Et ne simili posthac imprudentia perniciem sibi arcesserent Israelitæ, fimbriatam vestem eos gerilare iussit, contra oblivionem & stuporem remedium. Vid. Osiand. Comment. in h. l. p. 157. & Zennoren. Sect. ז' שלחfol. 77. col. 2.

Quæstio II.

An Moses, non autem Deus legum ceremonialium Autor fu?

Alphonsus Salmero, Doctor Pontificius Disp. 61. 62. in Acta Apostol. docet, legem Mosaicam, qua parte continet præcepta ceremonialia & forensia, non habere autorem Deum, sed Mosen, qui ejus non solum Promulgator quoad hanc partem, sed & proprie Autor fuerit. Verum enim vero multæ rationes hanc Salmeronis sententiam evertunt. Primam textus noster eique consimiles alii suggerunt, ubi & Legibus ceremonialibus solenne illud præmittitur: וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים לְמֹשֶׁה אֶתְּנָא לְעֵדָה Isrealitas in hac verba, ita Levit. XI. 1. item, Allocutus est Dominus Mosen & Abar-

nem

*nem edicendo eis: alloquimini filios Israelitas his verbis, hec sunt animalia, quæ vos comedetis. Simile Levit. XII. 1. 2. XIII. 1. 2. XIV. 1. 2. &c. Ex quo colligitur, & sensa legum ceremonialium, & ipsa adeo verba, quibus conciperentur, Deum tradidisse Mosi. Nec admittendam Salmeronis distinctionem in præcepta Decalogi & in præcepta ceremonialia, quod illa fuerint immediatè à DEO tradita, autoritate, ut ipse loquitur, suppositi & virtutis, ista verò immeditatione tantum virtutis, inspirando scilicet Mosi, quæ vellet immediatè ab ipso constitui, autoritate sibi à DEO data. Hæc enī distinctio nullum habet fundamentum in Scriptura, quæ locis laudatis significat omnia illa præcepta simili modo fuisse ab ipso DEO latè, Mosique tradita, ut ea promulgaret. Secundo, quoniam ceremonialia præcepta id, quod in moralibus commune est, determinant, id facere non est humanæ rationis, quam constat in particularibus agendis sèpius obscurari. Igitur non saltet apud Gentiles, quorum ratio & mens in tantum sèpius aberraverat, ut quæ essent secundum se mala, ea licita judicaret, sed & apud DEI populum indigebant præcepta Legis naturæ communia determinatione. Ex qua ceremoniæ exortæ sunt, quæ à moralibus præceptis ad Legem naturæ pertinentibus distinguuntur. Sic, colere Deum, quatenus est actus virtutis, pertinet ad morale, sed determinatio hujus præcepti, ut scil. colatur talibus hostiis & donis, pertinet ad ceremonialia. Nec est, quod objicias, legem purgationis & primitiarum Mosis legem appellari Luc. II. Malach. IV. aliisque locis, eadem quippe Léx, quæ Mosis appellatur, certum est, vocari etiam Legem Domini, aut aperte significari traditam à Domino fuisse, nam Luc. II. scribitur, post quam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Mosis, tulerunt illum in Jerusalem, ut pisterent eum Domino; ad significandum scil. eandem esse legem Domini, ut Autoris, & Mosis, ut Promulgatoris, qui eadem de causa Legislator dictus à Johanne cap. I. Lex per Mosen data est, & Malach. IV. Deus sic loquitur: *Mementote legis Mosis servi mei, quam mandavi ei in Horeb, ad omnem Israelem præcepta & judicia.**

Quæstio III.

An non supervacaneum sit divinas leges inculcare, quas implere nullus mortalium potest?

Nihil impossibile, inquiunt Sociniani, præcipit Deus, aut est iniquus. Imo, qui legis divinæ implementum urgent, terrore ac metu percussis spem salutis

salutis præcidunt. Rom. II. 15. Sed nihil agunt veritatis hostes, habent enim multum utilitatis sanctissima hæc monita. Nam & viam ostendunt, qua eundem est ad cœlestia, & homines damnationis suæ convictos humiliant, & eos, qui nulla justi rectique cura nisi coacti tanguntur, dum audiunt, diras legum sanctiones, coercent pœnarum formidine. Denique excitant nos ad obsequium, in eo roborant, & à delinquendi lubrico renatos detrahunt. Id autem cum dicitur, nec ignomina afficitur Deus, nec ad desperationem rediguntur homines. Sanè, si leges divinæ exigerent, quod præstare nullo tempore virium humanarum fuisset, iniquus diceretur Deus. Nunc vero cum nostra culpa facultas hæc solvendi nomen perierit, utitur jure suo creditor Deus, repetens debitum ab illis, qui sua culpa amplius solvendo non sunt. Nec metuendum, ne spe sua excidant Evangelicis promissionibus suffulti, ad quas confirmandas & constituendas arthæ locum spiritus tenet, de quo Apostolus: *Postquam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancte, qui est Arrhabo hereditatis nostræ.* Eph. I. 13.

Quæstio IV.

An Scriptoribus sacris immediate ēt verba & sensum inspiraverit Deus?

Non aliis verbis, quām quæ Spiritus Sanctus in os & linguam ingessit, referre divinam revelationem Prophetas, hinc est discere, quod iisdem verbis uti jubetur ad populum Moses, quibus eum Deus affatus fuit. Id enim vult solenne illud: Alloquere Israëlitæ dicendo. Eodem tendit quod Paulus 1. Corinth. II. 12. 13. Apostolos, ait, res divinitus revelatas verbis ex immediata revelatione suggestis protulisse, spiritualia verba spiritualibus rebus συγχειροντες seu adaptantes. Nec alienum est, quod Nostrí contra Socinianorum blasphemias urgent, *nullum esse iota legis, nullum apicem, qui non tanquam divinus approbetur.* Matth. V. 18. 19. Et quod omnis Scriptura inspirante Deo sit consignata. 2. Timoth. III. 16. Quibus argumentis convicti asserere non dubitamus, quod Deus ipsos etiam sonos & verba formalia linguis hominum, quorum ministerio in exarandis Scripturis utebatur, imposuerit. Ita Salvator noster (refero B. Hulsemanni, Theologi profundissimi, verba) *magnus ille Propheta eam conditionem, quæ predicta erat, de magno Propheta successore in locum*

D

Mosis,

*Mosis, quod Deus verba vellet ponere in os ejus, quæ verba Prophetæ Deus per pronomen possessivum quoque postea vocavit sua Deut. xviii. 18. sic explicat Johannis IV. 26. VII. 17. 18. XII. 49. 50. quod non solum nihil re diversum, sed etiam nihil vocibus & verbis diversum proferatur, quin una numero actione iisdem proferat id pater cœlestis. Vid. Prælection. Cap. I. p. 1110. Qui hanc de verborum Ἰεοντολογίᾳ sententiam sollicitant, solœcismos opponunt factis Scriptoribus passim usitatos. Huc referunt institutionis Cœnæ Dominicæ verba: εὐ τῷ αὐματὶ τὸ ἐκχυνόμηνον. Luc. XXII. 20. & quæ Apocal. XXI. 12. 13. ἔχοντα πυλῶνας διάδεκα, ἀπ' αὐτολῆς πυλῶνες τέσσες, pro eo quod scribi debuerat πυλῶνας. Denique illud initio Apocalypseos dictum, in quo Johannes pacem precatur Ecclesiis ςπ̄ τῇ ὁ ἡνὶ καὶ ὁ ἐρχόμενος. Sed qui Scripturæ solœcismos imputant, ii sacramentum literarum ignarissimos sese produnt. Constat quippe, cum in Poetis tum in divinis libris, articulum præpositivum quandoque ponit pro subjunctivo, ut Rom. XIII. 7. τῷ τὸν Φόρον, τῷ τὸν Φόρον, τῷ τὸ τέλος, τέλος. Itaque *Lucæ verba* exposueris, εὐ τῷ αὐματὶ, ὁ ἐκχυνόμηνον. In secundo loco subaudiendum, ut aliâs frequentissimè solet, verbum substantivum, ἀπ' αὐτολῆς πυλῶνες ἥστι τέσσες. In tertio, ὁ ἡνὶ καὶ ὁ ἡνὶ καὶ ἐρχόμενος tanquam proprium ex Tetragrammato expressit Johannes, vel, quod potius est, relativum articulum ante subjunctivum omisit, quod pariter ab eo factum Apocal. I. 5. in verbis: ςπ̄ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ μάρτυς. pro eo quod scriberet, ως ὁ μάρτυς.*

Quæstio V.

An præceptum de fimbriandis vestibus sit ceremoniale?

Si, quod nonnullis visum, ceremonialia præcepta ea duntaxat dicenda sunt, quæ ordinantur ad figurandum Christum, Lex de fimbriis non veniet in ceremonialium præceptorum censum, & plurimæ leges in medio relinquuntur, quas neque ad moralium, neque ad forensium classem retuleris. Hujusmodi sunt leges de purificatione puerperæ, Lev. XII. 1. 2. de Eunucho & spurio Deut. XXIII. 1. 2. de munditie castrorum, ibid. de simplicitate & fuga duplicitatis Levit. XIX. 19. de cibis immundis Deut. XIV. 4. Levit. XI. per totum caput. Igitur & illa erunt ceremonialia præcepta, quæ sacerdotium Christi non figurant, sed rationem habent ad ea, quæ sunt merè moralia,

lia, adeoque accuratiū Lex ceremonialis describitur, observatio rerum exteriorum seu sensibilium à Deo mandatarum, & cultui morali inservientium. Quoniam enim homo rebus sensibilibus præcipue movetur, humanae infirmitati accommodare se placuit Deo, fidemque ejus rerum etiam in sensus incurrentium specie juvare. Neque ob hunc finem moralia hæc præcepta dici possunt, denominatio enim est non à fine, sed à forma, i. e. à vi directiva & coactiva circa facienda & fugienda ea, quæ sunt Legis Naturæ. Interim certum est, dari mixta etiam præcepta, v. gr. ex ceremonialibus & moralibus, quale est in Decalogo præceptum Sabbati, item, decimarum primitiarumque Levit. XXVII. 30. 32. ex moralibus & judicialibus simul, ut præceptum de maleficorum & Diis sacrificantium supplicio. Exod. XXII. 18. 20. ex ceremonialibus & judicialibus simul, ut præceptum, qui non fecerit Pascha justo tempore, exscindetur è gente sua, Numeror. IX. 13. & illud de marito Zelotypo, itemque de terra promissionis in perpetuum non vendenda Levit. XXV. 23. ex moralibus denique ceremonialibus & forensibus simul, ut Lex de filia Sacerdotis scortante, filia item Sacerdotis deprehensa in stupro, & ob violatum nomen patris sui, flammis exurenda. Levit. XXI. 9.

Quæstio VI.

Quo fine Deus jussit gestare vestes fimbriatas?

Stolidi Judæi credunt, fimbrias hyacinthinas, quas Israelitis gestare Deus jussit, præmium fuisse illius, quod dixerat Sodomorum Regulo Abrahamus Gen. XIV. 23. Quia, inquiunt, Pater noster dixit, si à filo ad corrigiam calceamenti accepero, si, inquam, accepero de re ulla que sit tua: Ideo in præmium concessa sunt filiis ejus duo præcepta, filamina nempe hyacinthina & lora Phylacteriorum. Indiguit scil. hoc peniculamentorum loramentorumque præmio, cui Deus ipse scutum fuit atque merces amplissima Gen. XV. 1. Alii putant, ad avertendos malos genios vim habuisse ut Phylacteria. Mirum est, verba sunt celeberr. Fagii in h. l. quantum Judæi tribuant huic vesti, quasi singularem vim quandam habeat contra רצְעַרְבָּה i. e. malum genium, seu pravam illam concupiscentiam, unde est, quod, qui inter illos cæteris religiosores haberet volunt, perpetuo eam sub aliis ve-

seibus gestant. Et tales religiosulos vulgo vocant Zizisbetßer. Conf. Bertram. in Matth. XXIII. 5. p. 633. Lightfoot. in Chronolog. tempor. f. 46. Berachot. f. 2. c. 4. Quasi verò mali dæmones spiritualis nequitiæ architecti carnalibus fugarentur armis, & non potius, ut malum vincamus, opus sit fidei clypeo. Ephes. VI. *Alii, quibus cum facit R. Don Isaac Abarbenel, vestem* *banc profundamente habent omnium præceptorum, magnamque sibi mercedem pollicentur à Deo, coram quo ex operibus legis nulla caro iustificatur.* vid. supra Sect. 4. quest. 1. *Sunt denique, qui has simbriæ pro memoriali datas eorum majoribus, sanctitatem & iustitiam parare gestantibus opinantur.* Ita enim *Bahal batturim:* Zizis per Gematriam est צדקות justitiae, & per eandem Cabbalæ speciem נשרים aquilæ. Insinuatur, eum, qui diligenter observat præceptum Zizis, sceleris immunem visurum esse faciem majestatis divinæ. Scriptum quippe, ego in iustitia videbo vultum tuum. Sed quare immunis à scelere? Ideo quia dictum in S. Scripturis est: Portabo vos alis aquilinis: *& paucis interiectis:* Ideo præcepit facere quatuor penicula menta in quatuor oris vestimenti ejus, ut, quotiescunq; istud conspexerit, recordetur legem. In singulis autem sunt quinq; nodi, ut recordetur Pentateuchi, & in singulis sunt octo fila, ut prohibeat à delictis, quæ octo membris parantur, quæ assuefaciunt hominem ad peccandum; ut, aures, oculi, os, nafus, manus, pedes, pudenda & cor. Quod si integrum se à transgressione præservarit, impunis & insons est, in tantum ut octo cœlis sublimior censi queat. Scriptum enim est: Eritque anima Domini mei ligata in fasciculo vitae. Quod si autem eas violaverit, reus fiet octo judiciorum, percussio-
nis sepulchri, septemque habitaculorum infernali. Hæc repetit etiam R. Bechai in *תורה* Sect. 77 ex Medraschim & Cabballistis. Verus & genuinus præcepti finis ab ipso Deo insinuatus est, jugis præceptorum suorum memoria, & nunquam intermittendum sanctitatis studium, *ut recordemini & faciatis omnia mandata mea, & sitis sancti coram Deo vestro.* v. 39. 40. Cap. XV. Numer. Sane omnes ceremoniæ inservire debebant cultui spirituali, & exosi cœperunt esse Deo Israelitæ, cumprimum à ceremoniali cultu moralem sejungerent. Itaque is, qui absque interna animi devo-
tione è præscripto legis externo sacrificaverat Deo bovem aut pecudem, perinde dictus est fecisse, ac si canem mactasset vel decollasset. Esai. LXVI. 3. *Eodem respectu totum externum hypocriticum cultum in sacrificiis & factorum dierum observatione consistentein execratur Deus.*

Esai. I, 10. seqq.

Quæ-

Quæstio VII.

*Num actionum fideique regula sit conformitas
cum iudicio rationis?*

Infinitorum errorum esse compertam rationem, non exempla saltem **Gentilium** docent, qui *vani facti sunt in ratiocinationibus suis*, *Et obtenebratum est cor eorum intelligentia carens*. Rom. I. 21. sed Judaicæ etiam gentis cœcitas, quæ, quoties à divinae legis præscripto decessit, ad idolorum cultum delapsa est. Graves ergo causas habuit Deus, quamobrem Israelitas moneret, ne oblitis mandatis suis attenta observatione sequerentur rationem aut oculos suos. In quibus periculum docet, eorum qui in rebus fidem aut cultum divinum concernentibus rationis & constitutudinis vulgatae normam sequuntur. Non potest non à distorta regula perversa actio venire. Quomodo cœcus cœcum duxerit? & quæ facultate divina cognoscendi aut dijudicandi destituitur, imò quæ contrario habitu corrupta est *ratio*, quomodo judicium de mysteriis ferat? 1. Cor. II. 13. Quæ ne quidem naturalium rerum norma, quo jure rerum sublimiorum, quæ sunt Spiritus Dei, regula dicetur? Igitur, quod Scriptura toties inculcat, non est cur intellectum aut oculos nostros in iis, quæ ad cultum æterni Numinis attinent, sequamur. Humanæ ratio captivanda sub fidei obsequium est. 2. Cor. X. 5.

Quæstio VIII.

An intentio satis sit ad boni operis complementum?

Quamvis intentio bona necessaria sit ad opus bonum, illa tamen absque mandato & promisso divino non sufficit ad operis bonitatem. Unde enim constabit, intentionem & studium nostrum DEO placere, si non constet, velle id Deum quod agimus. Itaque ad leges suas nos revocat, id solum sibi placere testatus, quod ipse approbasset, non quod ex mentis nostræ judicio bonum nobis videretur. Hinc D. *Augustinus* L. IV. contr. Julian. c. 4. *quicquid boni fit ab homine Et non propter quod sapientia vera fieri præcipit, et si officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.* Ea de causa ab elogio bonitatis exciderunt opera irregenitorum, & qui ex electitia intentione mandatis hominum hæserunt, frustra colere Deum perhiben-

tur. Matth. V. Sic Micha idololatra cultui à semet dedicato visus sibi est Deo placere, sed erravit. Judic. XVII. ult. Sic Israelitis, quoties Moloch filios immolarunt, non defuit animus Deum colendi iis scil. pignoribus, quæ essent ipsis longe carissima. Sed ejus pietatis scil. Deum vindicem experti sunt. Bene Drexelius libro de recta ratione cap. VI. monet, *inobedientia intentione bona defendi nequit, corium furari & calceos egenis dividere, eleemosyna patibulo digna est, opera hypocritica Esa. LXVI. 3.* Duas hactenus causulas, ex quibus bonitas aetuum moralium aestimanda, significavimus; addamus & tertiam, fidem videlicet, bonorum operum largissimum fontem & originem, sine qua opus quantumvis pretiosum, simulacrum virtutis est, corpus exanimis & charitas cœca. Audiamus Apostolum. *Quicquid non est ex fide, peccatum est.* Rom. XIV. 23. eique succinentem *Augustinum:* Quid ergo? debemus nulla opera præponere fidei, i. e. ut ante fidem quisquam dicatur bene operatus? ea enim opera, quæ dicuntur ante fidem, quamvis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse, ut magna vires & cursus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet opera sua bona ante fidem, ubi fides non erat, bonum non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides ditigit. Psalm. XXXI.

Quæstio IX.

An liceat bonum operari non saltem gratitudinis testanda gratia, sed & præmii à Deo consequendi intuitu?

Plus simplici vice repetit Dominus, esse se Israelitarum Deum. Nihil poterat dici, quod acrius vel ad Legis studium eos incitatet, vel obligacionem gentis Judaicæ pulchrius exprimeret. Quoties enim Deus nostrum se fatetur, & beneficia tanto nomine digna, i. e. hujus & venturi seculi præmia promittit. Itaque ex eo etiam Christus contra Sadducæos animatum immortalitatem corporisque resurrectionem evicit, quia Deus Abrahami Deus appellatur. Is autem qui tanto favore nos cuniat, dignus est, cuius cultui nos vicissim totos impendamus, i. e. *ut diligamus eum ex toto animo, toto corde & omnibus denique viribus nostris.* Deut. VI. 5. Matth. XXII. 37. Illa autem tam splendida promissa, quæ Legis observatoribus data, non sinunt nos dubitare, licere homini regenito directè bonis operibus dare operam, ut divinitus promissa præmia consequatur. Neque ideo evertitur doctrina, quæ vitam aeternam negat operibus, nec ea, quæ intuitu & intentione consequendi ipsam

ipsam vitam æternam per bona opera, bene operari vetuit. Quicquid autem præmii ex opere suo sperat regenitus, id diversum est ab essentiali gloria & beatitudine, ad quam frustraneum foret contendere. Neque merito in his quoque præmiis, quæ per opera quæruntur, locus conceditur, quando nostris virtutibus condignam metcedem & Scriptura negavit, & sanctissimus quisque desperavit.

Quæstio X.

An aliquid conferat ad sanctificationem suam Regenitus?

Jussit Israelitas, quibus Deum se promiserat Dominus, ut *visis penitentis recordentur omnium mandatorum suorum, faciantq; ea & sicut sint coram Deo suo.* Subjectum sanctificationis innuitur *Israelita, Deo conciliatus.* Nec enim Deum se Israelitarum dicere potuisset Dominus, nisi in fœdus suum receptis peccata condonasset. His talibus legalium mandatorum obsequium præcipit eum in finem, ut qui antea justitiam Deo acceptam fide adepti essent, deinceps observatis divinis legibus evaderent sancti, h.e. ut ab omni impuritate purificatis animis membra corporis ad opera justitiae exercenda usurparent. Hæc ut accuratius intelligantur, notamus, *duplicem esse sanctificationis causam efficientem, unam primariam, secundariam verò alteram.* *Primaria DEUS est*, qui nos creavit in Christo Jesu ad bona opera, quæ præparavit, ut in illis ambularemus. Ephes. II. 10. *Secundaria vel subjectiva causa est homo justificatus*, qui à Deo renovatus indies per vires divinitus datas, quatenus ex Deo natus est Joh. I. 13. & fœderis divini particeps seipsum sanctificat. Ex quo colligitur, sanctificationis & renovationis opus Deo & homini commune esse, atque in hoc à justificatione differre, quæ solius Dei actio est, & quoad actum primum, sensumque fidei acceptantis hoc beneficium in instanti peragitur. Rom. IV. 3. 6. Matth. IX. 2. & 22. Igitur justificare quidem seipso homines negamus, renovare concedimus. In illa enim sola imputatio locum habet, in hoc justificati sunt θητελεστες αγιωσυλω εν φιβω Θεος perficientes sanctitatem in timore Dei. 2. Cor. VII. 1.

Quæst. XI.

Quæstio XI.

Quam sanctitatem ab Israelitis requirat Deus?

In sacris literis קָדוֹש sive *santus* propriè est separatus vel sejunctus, Inde primò Deo tributum sonat ab omni impuritate sejunctum. Lev. XI. 44. Sanctus sum, i. e. à peccatoribus ἀφορεσμένος, ut Sacerdos novi fœderis Jesus Christus describitur Hebr. VII. 26. Idem nominis sensus Habac. I. 12. יְהוָה אֱלֹהִ קָדוֹשׁ *Domine Deus mens, Sanctus mens*, i. e. quem unum omnium Deorum colendum sumsi. Insinuat̄ eodem vocabulo, Deum ab humanis & Angelicis mentibus ita disjungi, ut nec infinita ejus essentia comprehendendi, nec voluntatis ejus decreta, nisi ab ipso revelata intelligi, aut ullo scrutinio investigari queat. Sic usurpat̄ Proverb. XXX. 3. וְדַעַת קָדוֹשִׁים אֲדֹעַת cognitionem Sanctorum cognoscere? קָדוֹשִׁים i. e. sanctorum in diuinā essentia personarum, ut Proverb. IX. 10. Jos. XXIV. 19. Hes. I. 2. Ea cauſa est, quod, ubi Angeli Deum magnificare volunt, nihil aliud fere pronunciant, quam קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ *Santus, Sanctus, Sanctus*. Esai. VI. 3. quasi id cumprimis præstantiam Dei infinitam, & à nulla creaturatum quantumvis nobili intellectam exprimeret. Secundò, sancti vocantur homines, qui ab omni impuritate, aut saltem à profano negotio abstracti cultui divino operantur, ut Num. XVI. 5. 7. Lev. VI. 9. & 19. 20. Deut. VII. 6. Sanctus vocatur tertio גֵּילֶל ille, qui peculiariibus ceremoniis Deo consecratus est, ut Naziræus Num. VI. 5. is item, qui Sanctus habetur, ut Levit. XXI. 8. Sanctificabis autem Sacerdotem, quia cibum Dei tui offert, Sanctus es tu tibi, i. e. Sanctum habebis, quia sanctus est, ego Dominus sum Sanctificator vester. Quo sensu per nobis imputatam fidem dicimur Sancti Actor. XXVI. 18. 1. Cor. I. 2. & quo electionis nostræ finem Apostolus describit, ut essemus Sancti & irreprehensibiles Ephes. I. ubi juxta Baldininum intelligitur sancta & immaculata vita in charitate, i. e. Sanctitas imputata & inchoata, quam habemus per Christum, & addi potest perfecta, quam habituri sumus in vita æterna. Grotius frigidissime annotat: Ostendit quo tendat vocatio prius in decreto, deinde in actu, nempe ut sic vocati edant magnæ pietatis opera, & ab omni crimine vacent: Quartò sancta censetur res, quæ cultui Numinis destinari solet, ut vestes, panes, 1. Sam. XXI. 4. aqua Num. V. 17. vel tempus DEO consecratum. Nehem. VIII. 9. seqq. Esai. LVIII. 13. vel locus, quem præsentia Dei honestavit, ut castra Israelitarum, Deut. XXIII. 14. Dei habitaculum. Psalm. XLVI. 5. mons in quo templum. Psalm. XCIX. 9.

Quæstio XII.

*An vitam aeternam etiam Lex vetus
promiserit?*

Communiter id negant *Socini* asseclæ, & ab eodem Magistro disciplinam suam edocti *Muhammedani*. In quibus *Ismael, filius Aly* ideo corruptam esse ab Hebræis Pentateuchum asserit, quia nihil de præmiis post hanc vitam, nihil de mortuorum in vitam reditu, nihil de vita æterna contineat, eademque de caussâ diuino Libro præferre ausus est Alcoranum, solidè refutatus à *Marracio, Pontificio*, iis fere argumentis, quibus contra Jesuitas Nostri Theologi Sacrosanctæ Scripturæ integritatem defenderunt. Vid. *Prodromum ad refutationem Alcorani P. I. fol. 13. nuper cum Arabico Alcorani textu characteribus nitidissimis, latina item versione & refutatione, Patavii editum*. Verùm illud de vita æterna Veteribus in V. T. non revelata temerarium assertum, ut loca alia brevitatis studio prætermittamus, unus jugulet præsens locus, in quo Israelitarum Deum compluries sese profiteur DOMINUS. Quid enim aliud eo dicto periuadere gentem voluit, quam sublata veteri inter Deum & hominem iniuricitia, viam deinceps ad immortalitatem patere, cunctisque cœlestibus bonis cultores suos securissimè fruituros? Neque putandum est, terrestrium temporaliumque rerum abundantiam vim tantæ promissionis adimplevisse. Siquidem illi, quibus primum hæc promissa data sunt, in exilio vitam consumserunt, aliam ab ea, quam reliquerant civitatem quærentes. Fide prædicti, mortui sunt omnes hi, non adepti promissa, sed ea procul conspicati crediderunt, & amplexi sunt, seque in terra hospites & peregrinos esse confessi. Qui enim talia dicunt, patriam se requirere declarant. Quodsi eam recordarentur, ex qua profecti sunt, haberent revertendi tempus: nunc potiorem desiderant, h. e. cœlestem. Itaque non designatur *Dens cognominari Dens ipsorum, quippe quibus urbem paraverit.* Hebr. XI. 13. sqq.

E

SECTIO

SECTIO V. PORISMATICA.

Primum Porisma deductum ex versu 37. & 38.

Quæ ad informandos homines de agendis credendisque in Scriptura S. habentur, ea Deus vel immediate, vel mediately, vel eadem utroque modo revelavit.

Secundum ex iisdem versibus.

Mosaicæ Leges divinitus sunt inspiratæ.

Tertium ex vers. 38, 39, 41.

Omnibus modis Deus homini ad sanctitatem autor est.

IV. ex versu 39.

Verbum Dei est perfecta morum & fidei regula, nec humanis opus est traditionibus cultibusque electitiis, in quibus mens nostra facile sibi perfectionis imo supererogationis persuasionem fingit.

V. ex eodem.

Omni tempore damnatus fuit cultus, quem ex suo sibi corde homines finxerunt, 1. Reg. XII. 33. Esai. I. 12. XXIX. 15. Matth. XV. 9. Deut. XII. 22. Itaque & sacrificia Abelis & aliorum, qui ante Diluvium vixerunt, Patrum, præceptum habuisse minimè dubitamus.

VI. ex eodem.

Corrupta ratio & carnalis concupiscentia pessimi in cultu divino Duces sunt.

VII. ex vers. 39, 40.

Perire etiam in regenitis potest beneficitorum Dei memoria.

VIII. ex iisdem versibus.

Regeniti memoria Legum divinarum thesaurus est.

IX. ex versu 39.

Non satis est, esse memorem mandatorum DEI, nisi eis obtemperemus, nec enim Legis auditores apud Deum erunt insontes, sed Legis executores. Rom. II. 13. Qui in perfectam libertatis Legem penitus introsperxerit & in ea manserit, is qui non sit oblivious auditor, sed operis effectus suo facto beatus erit. Jacob. I.

X. ex eodem.

Cultus à Deo non præceptus idololatria est.

XI. ex

XI. ex versu 38.

Ad posteros quoque transmittenda Legum divinarum cura.

XII. ex eodem.

Lex ceremonialis non est perpetua, & à jugo ejus & à necessitate observandi Leges Ecclesiasticas de rebus adiaphoris liberi sunt Christiani.

XIII. ex versu 39.

Est quiddam in renatorum mentibus, quod ad spiritalem scortationem pellicet.

XIV. ex vers. 39, 40.

Jugis præceptorum divinorum memoria præparat animos ad obsequium.

XV. ex vers. 39.

Ex oblivione Scripturarum nascitur Dei contemnus.

XVI. ex eodem.

Et qui scienda ignorat, & qui oblitus sit, in Legem Dei peccat.

XVII. ex vers 39, 40.

Lex perfectam requirit obedientiam, & minimus etiam defectus vel disformitas à Lege totam hominis actionem vitiosam reddit. Jacob. II. 10. 11. ut adeo impossibile sit per Legem justificari.

XVIII. ex vers. 40.

Deus à tenatis postulat, quod debent, licet nemo eorum Legem ejus partium graduumve perfectione præstare queat.

XIX. ex versu 40.

Nova obedientia debet esse continua.

XX. ex eodem versu.

Hæc est Dei voluntas, Sanctificatio nostra.

XXI. ex eodem.

Sanctificatio liberavit fideles Veteris Testamenti à servitute peccati, ut eosdem justificatio a maledictione Legis.

XXII. ex versu eodem.

Non decet esse peccati servi, qui servi facti sunt justitiae in sanctificationem. Rom. VIII. 12. sqq. Gal. V. 16.

XXIII. ex versu 41.

Abundè nominis יהוה אלהים mentione sub divinæ Majestatis jugum redigimur, quia portentosum fuerit ab ejus ditione velle nos removere, extra quem esse non possumus.

XXIV. ex eodem versiculo.

Ingens devoti cultus incitamentum est fœderalis Dei gratia, promissa verbis, Ego Dominus Deus vester. Eodem enim argumento *Paulus* ad sanctitatis nostræ commendationem utitur. *Vos viventis Dei templum estis*: quemadmodum dixit Deus: *Habitabo et versabor apud eos, eroque eorum Deus, et ipsi mibi populus erunt. Quapropter excite ex medio eorum, ac separamini, inquit Dominus, neque impurum tangite, et ego vos accipiam, vobisque Pater ero, et vos mihi eritis filii et filiae*, inquit Dominus Omnipotens. Hæc igitur hibentes promissæ, charissimi, purgemos nos ipsos ab omni & corporis & animi labi, sanctimonia perfungentes cum Dei metu. 2. Cor. VI, ult. VII, 1.

תְּסִינָשׁלָם
תְּהַלָּה לְבָרוֹא עֲולָם:

Allß meine Poësi laß deine Täyten klingen/
Du sollt dem werthen Bausch ein Lied zu Ehren singen.
Wiewohl Sein kluger Geist bedarfß des Rühmens nicht/
Weil diese Schrifft genug von Seinem Fleisse spricht.
Denn Künste wissen sich am besten auffzuschwingen/
Und Weisheit kan von selbst bis zu der Sonne dringen.
Sein ungemeiner Fleiß bedarfß kein fremdes Licht/
Drumb liefert meine Hand nichts als die Freundschafts-Pflicht.
Mein Freund! geneuß den Lohn mit tausendfachen Seegen/
Und ernde reiffe Frucht in Deinem Batterland/
Denn die Gelehrsamkeit beut Dir die rechte Hand/
Drumb muß die Ehre sich zu Deinen Füssen legen.
Indessen schrecket mein Herz den Wunsch mit furzem ein/
Der Himmel lasse Dich ein Licht der Kirchen seyn.

Mit diesem wolte seine ergebenste Gratulation
gegen seinem werthen Freund bezeugen

J. H. B.

E N D E.